



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Anatolia V. M. 9. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. ANATOLIA V. M. 9. Iulii.

RECTÈ Liliū dixeris Virginitatem,
 sed spinas easque plurimas inter.
 Vel ANATOLIA palàm id facit,
 pulcherrimi candoris & ipsa liliū,
 quod ubi carpere procus impudens
 desperavit, ex amatore hostis factus;
 Fidem apud Iudicem accusavit, cuius
 castimoniam non potuit. Itaque ex
 veteri sed pessimo more in exiliū
 virtus mittitur. Sed fallor. patriam
 putasses, ita in honore etiam ibi fuit.
 Etenim cū Diodori Viri Consularis
 filius (Anianum dixerunt) à malo ge-
 nio correptus saepenumero discredens
 ab ANATOLIA se clamitasset,
 quin ruptis subinde vinculis ad illius
 pedes abjectus, missionem tandem ac-
 cepisset, ilicet ea fama totum Piceni
 agrum pervasit, ut jam commune om-
 nium Morbidorum asylon Virgo Exul
 esset, jamque tam felix exiliū invideret
 Decius, ideoque huic vincula,
 equuleos & flammās superadderet,
 quin etiam Audacem nobilem magum
 evocaret, qui immanem in Virginitatem
 serpentem armaret. Sed pepercit hic
 Virginitati, non item Magistro suo Au-
 daci, utpote in cuius collum ita invasit,
 ut nisi manū auxiliarem Virgo tulisset,
 percundum illi ab hoc collari fuisset.
 quam tamen sic Audax cervicem
 ser-

serpenti, Christianus postea gladio non subduxit, quo ANATOLIA denique etiam trajecta pudorem sanguine tinxit, hoc est Liliis Rosas miscuit.
Ex Surio.

S. FELICITAS M. 10. Iulii.

FELICITATEM in manibus habes, matronam in qua una omne Spartam Roma extinguit. Stat ecce ad tribunal plena animis, & qui matrem coronat, globum filiorum in tyrannum agit. *Ne, ne oculos in tyrannum filii, aut quas hic minatur penas, sed cælum, sed quæ cælum promittit gaudia, desigite. Ite, ostendite etiam suos Romanis Machabaos esse, implete nominis mei omen: facite ut sim, quæ dicitur, Felicitas. Septem estis, si pueri, certe numero tyranno superiores. Sed & mater adero, pugnabo in singulis, in omnibus triumphabo. Votum pugnae hoc est, ut nostrum ex acie vivus nemo discedat. Talia mater filiis: at matri tyrannus colaphos ingerebat. Mox IANVARIVS virgis caesus ridet puerile tormentum. Negant FELIX & cum PHILIPPO SILANVS sive à fratribus sive à Christo avelli posse. Iam ALEXANDER clientelam Imperatoriam offerenti Christi se Libertum respondet. VITALIS porro edicere Iudicem jubet demonine malo an DEO Opt. servendum? Denique rectissime MARTIALIS cassis minis serias Orci penas opponit.*